(20)

Incepta est disputatio die 9. februa. 1563.

Articuli de Sacramento Matrimonij per Theologos Triden. cœpti disputari die IX. Febr. 1563

Prima classis

Matrimonium non esse Sacramentum a Deo institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inuectum, nec habere promissionem gratiæ

Parentes posse irritare Matrimonia clandestina, nec esse uera matrimonia, quæ sic contrahuntur, expedireq*ue* ut in ecc.ª hmoi in futurum irritentur

Secunda classis

Licere post repudiatam uxorem causa fornicationis iterum contrahere uiuente priore uxore: errorem*que* esse extra illam causam fornicationis diuortium facere

Licere Christianis habere plures uxores: prohibitionesq*ue* coniugiorum certis anni temporibus superstitionem esse Tyrannicam ab ethnicorum superstitione profectam

Tertia classis

Matrimonium non postponendum, sed anteponendum castitati, et Deum dare coniugibus maiorem gratiam q*uam* alijs

Licitè contrahere posse Matrimonium sacerdotes occidentales non obstante uoto, uel lege ecc.ca: et oppositum nil aliud esse q*uam* damnare Matrimonium: posseq*ue* omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se habere donum castitatis

Quarta classis

Gradus Consanguinitatis et affinitatis descriptos Leuit. c. 18. præcipuè debere seruari, non plures, neq*ue* pauciores

Solam impotentiam coeundi, et ignorantiam contracti dirimere contractum Matrimonium: causasq*ue* Matrimonij spectare ad principes seculares

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria